

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.U.D. &
Prof. Ad Exequias Quas ... Viro Joanni Stevero, Civi apud nos & Cerevisiario
laudatissimo Marito suo desideratißimo Vidua maestissima paratas cupit, Omnes
omnium ordinum Cives Academicos amice invitat**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774670800>

Druck Freier  Zugang



Rahne, H.

in J. Stever.

Rostock 1651.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn774670800/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774670800/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn774670800/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774670800/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
 RECTOR
 Universitatis Rostochiensis
HENRICVS RAHNE,
 J. U. D. & Prof.

Ad Exequias

Quas

Spectatissimo atq[ue] integerrimo Viro

DN. JOANNI STEVERO,

Civi apud nos & Cerevisiario

laudatissimo

Marito suo desideratissimo


Vidua mæstissima

paratas cupit,

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
 demicos amicè invitati.



ROSTOCHII,
 Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.
 Anno M. DC. LI. 4





ò in hisce hominum
con-
venticulis , qui non genus emen-
titi sunt suum , aut in censum ir-
reperunt , adspirare & debent , & ,
si paululum nitantur , possunt : ut ,
quod de Catone olim prædicabatur , & viri sint
boni , & cives laudati , & frugi patresfamilias .
Enimverò cùm hominē in civili hac collocatum
statione , & Deo ter optimo maximo , & ipsi
sibi , & deniq; familiæ ac reipublicæ suum tri-
buere oporteat : omnibus hisce partibus pro vi-
rium portione satisfecerit , qui viri , civis , & pa-
trifamilias boni titulum cum laude tueri ac
sustinere possit . Triplici hoc nomine commen-
datum quam maximè esse DN. JOANNEM
STEVERUM , equidem adfirmare sine omni
hæsitatione ausim . Quod tamen ne gratis mihi
à vobis concedi velle videar : neve piè defunctus
debitâ virtutum ac laborum suorum mercede
defraudetur : agite quomodo vitæ curriculum
à natura circumscriptum confecerit , & à carceri-
bus ad calcem , ut dicitur , pervenerit , breviter
strictimq; exponamus . Natus est STATHAGÆ
in Westphalia , anno millesimo quingentesimo

gesimo nono; patre sibi cognomine, cive ac ce-
reviario ibidem; matre ANNA Krumwieden/
fæmina honestissimâ. Avum paternum habuit
TILEMANNUM Stever/ Senatorem STAT-
HAGENSEM, virum integerrimum; aviam
paternam, CATHARINAM Grohten/fæmi-
nam ornatissimam. Avum maternum sortitus
fuit JOANNEM Krumwiede / qui Comiti
Schaumburgensi olim à Secretis, & impensè cha-
rus fuit; aviam maternam ANNAM Brüng-
manns. Cùm domi atq; in patria pietatis & lite-
rarum culturam accepisset, & quatuor jam ac
decem annorum adolescentulus esset, missus est
in aulam Comitis Schaumburgensis ERNESTI,
cui per aliquot annos à ministerio fuit. Heic cum
exercitiis equestribus operam sedulam dedisset,
& præ cæteris, etiam nobilibus adolescentibus,
Comiti se probasset egregiè, amandatus est ab ipso
in Italiam regionem celebrem & copiosam, in qua
per biennium apud præstantissimum tunc pu-
gilū Paduæ vixit, & artem suam exercuit. Revo-
catus inde non diu commoratus est domi sed
mandato Comitis in Hollandiam ivit, & ex hac in
Angliam transfretavit. In Germaniam reversus
Giessam, Marpurgum, Lipsiam & Argentora-
tum visit. A Comite vocatus operam deinde
suam Duci Brunovicensi CHRISTIANO, &
postea

postea Comitis de Lippe filiis, isti per biennium,
his per unum annum laudabiliter commodavit.
Et sedem fortasse apud Comitem Schaumbur-
gensem ERNESTUM fixisset, nisi nobiles
quidam Westphali, tunc temporis heic Rostochii
studiorum gratiâ degentes, per literas ipsum
evocassent, quibus, consensu tamen Comitis sui,
obsecundavit. Rostochii itaq; pede posuit anno
cl^o l^oc XVII. Posteaquam verò per quinquennium
in hac Academia vixisset, Conjugem duxit
Tilsen Wedigen virginem lectissimam, DN. JOA-
CHIMI Wedigens/ Senatorii ordinis viri filiam,
cujus mater fuit WENDULA Nettlenblats/
HERMANNO Nettlenblats/ Senatore apud nos
quondam laudatissimo prognata) hodie MI-
CHAELISIBRANDO civi ac cerevisario nupta.
Cum Conjuge suâ Noster svavissimè vixit annos
XXX, tām felicibus auspiciis, ut neuter inveni-
ret in altero, de quo jure conqueri posset. Tanto
amore, fide & pietate mutuā inter se alter alterum
prosequebantur, quo nihil in hac vita jucundi-
dus. Liberos ex ea vidit duos filios, utpote *Joan-*
nem - Joachimum & Christianum, qui sacris Theo-
logiæ studiis operantur. Morbo correptus, cum
nullæ medicamentorum, quæ affatim suppere-
bant, virtutes pares essent, & ipse facile animad-
verteret de vitâ suâ actum esse, in Servatoris sui

meritis omnem spem atq; fiduciam collocavit,
& inter eas cogitationes positus d. VIII. Octobr.
sub horam quasi septimam vespertinam placi-
dissimè exspiravit, postquam vivendo explevis-
set annos LXII. Vir pietate animi, probitate
morum atq; candore præstantissimus, & eo no-
mine omnibus charus ac æstimatus. Quapropter
etiam in Centumvirorum numerum cooptatus,
quibus partibus per annos sedecim, ærario au-
tem publico per sexennium summâ cum fide ac
laude præfuit, atq; ita bonum civem se præstitit.
Fuit singulari pietate à teneris usq;, nec leviore
prudentiâ, quod fatebuntur omnes, qui eum
exactius novere. Erunt procul omni dubio,
qui virum hunc decessisse ex animo doleant: sed
acquiescendum in DEI voluntate est, qui res hu-
manas pro suo dispensat arbitrio, & certum cuiq;
vivendi spacium terminumq; præscribit, quem
proferre aut declinare nato nemini licet. Ferenda
igitur communis necessitas; & felicitati S T E-
VERI non est invidendum. Agamus potius
nostras partes, demusq; operam, ut inoffenso
pede veniamus ad metam. In somnum ituri læti
hilaresq; dicamus: *Vixi, & quem dederat cursum*
fortuna, peregi. Crastinum si adjecerit DEUS, læti
recipiamus, quod qui sine solicitudine expectat,
ille beatissimus & securus sui possessor est, ut ait
Seneca.

Seneca. Nihil perpetuum, pauca diuturna sunt: aliud alio modo fragile est: cæterum quicquid cœpit, & desinit. Et quid mors metuenda nobis? optanda potius, quia finis hujus miseriæ, & principium melioris vitæ. Cæterum exigua mora est; quâ mortales in hac vita ab iis dispescimur, quos ad meliorem præmisimus: & universum hoc tempus, quod degimus, ad æternitatem, quam speramus, comparatum, instar momenti obtinet. Gratulemur igitur STEVERO suam felicitatem, qui ad innumerabiliū Angelorum cætum, ad Ecclesiam primogenitorum, qui conscripti sunt in cælis, & quod reliqua omnia superat, ad ipsum novi Testamenti Auctorem JESUM CHRISTUM pervenit, cuius aspectu

Expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo. Factus jam est Civis illius reipublicæ, cuius ipse DEUS, ut Scaliger loquitur, Sol sine occasu & sine ortu: perpetuitas sine momentis: satietas sine fastidio: desiderium sine defectu: triumphus sine bello: lætitia sine gestu: scientia sine disciplina: finis & principium utroq; carens: neutrīus egens: utriusq; parens atq; auctor. Ubi participatio sine invidia: collocutio sine sermone: collatio sine decessione: receptio sine accessione: quies sine motu: intellectio sine rationatione. Ubi omnia sunt in omnibus, ab uno, non

non ab omnibus. Ubi omnes, singuli sibi, alteri
alteris, unum ab uno.

Ad leniendum Viduæ mæstissimæ luctum
multum faciet, CIVES Academicí, si Mariti
exequias frequenti officio celebrabitis. Quod ut
prolixè præstetis, etiam atq; etiā vos adhortamur.
Est magna præterea pietatis pars, adesse mæren-
tibus, eorumq; dolorem mitiorem, quoad fieri
potest, efficere, P.P. d. XIV. Octobr. anno
recuperatæ gratiæ
clo Ioc LI.

Conventus fiet mediâ primâ, in ade
B. Jacobo sacra.





Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn774670800/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774670800/phys_0014)

DFG



postea Comitis de Lippe filiis, ist
his per unum annum laudabilite
Et sedem fortasse apud Comite
ensem ERNESTUM fixisse
quidam Westphali, tunc tempo
chii studiorum gratiâ degentes, p
evocassent, quibus, consensu tam
obsecundavit. Rostochii itaq; p
cl^o I^c XVII. Posteaquam verò p
um in hac Academia vixisset, C
Tilsen Wedigen virginem lectissim
CHIMI Wedicens Senatorii or
cujus mater fuit WENDULA
(HERMANNO Nettlenblats/Se
quondam laudatissimo progra
CHAELISIBRANDO civi ac cer
Cum Conjuge suâ Noster svaviss
XXX, tam felicibus auspiciis, u
ret in altero, de quo jure conque
amore, fide & pietate mutuâ in
rum prosequebantur, quo nihil ir
dius. Liberos ex ea vidiit duos fili
nem - Joachimum & Christianum, c
logiæ studiis operantur. Morbo c
nullæ medicamentorum, quæ a
bant, virtutes pares essent, & ipsi
verteret de vitâ suâ actum esse,

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 013
Batch Reference numbers 9/077